



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

9. Dies Aprilis. Deus sic curat unumquemq[ue] nostrum, velut solum curet;  
& sic omnes, tanquam singulos. August. I. 2. Confess. cap. 11.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Aprilis.

Tessera.

267

merita Christi, perfectiones Dei; ac ipsum denique rebus omnibus postponit Deum. In hoc unum intendunt filii hujus saeculi; ut spernant illa, quae persistant per omnium perpetuitatem saeculorum: satis est, si hic turgeant fastu, & polleant astu memores illius:

*Astu vincit homo, cuncta creata solo.*

## 9. DIES APRILIS.

Deus sic curat unumquemq; nostrum,  
velut solum curet; & sic omnes, tan-  
quam singulos. *August. l. 2. Confess. cap. 11.*

Sollicitudo I.  
nimia in  
temporali-  
bus.

**A**Stutiam subsequitur Sollicitudo, quæ tune prudenter oppositum, dum totam Rationem absorbet excessu cogitationum de rebus temporalibus. Quid te angit, imò solicitat sollicitudo; cum tantum tibi uni invigilet tota Dei providentia, ac si in tota rerum universitate esses solus? scilicet Rex, qui omnibus providet, qui sibi sunt à manibus, à pedibus; à literis, ministris, colonis, agasonibus, mancipiis; imò falconibus, canibus, equis, felibus; Filium suum primogenitum, unigenitum, Regni heredem, sceptri successorem; quem unum gerit in oculis, alit in fibris, habet in dehtiis, destituet rebus ad vitam necessariis? Expende hodiernæ diei tessera, & mitte de rebus perituriis curam superfluam. Sed una est hominum sollicitudo: nescio, an deploranda Heracliti fletu,

an

an explodenda Democriti risu ? quæ tota vergit ad terram, & quæ sunt terræ ; ad corpus, & quæ sunt corporis. Pro quæstu pecunia labor maximus, cui libet est levis : pro auctu Gratia, labor minimus, cui vis est gravis. (a) *O gravis corde ! verè exordes, & vacordes.* Septem annos impendimus pro politioris literaturæ scientia : vix totidem dies, pro excelen-  
da & expianda conscientia. Litigamus pro umbra a-  
sini : vix ad diem laboramus pro regno Dei. Ubi agitur de renauci, ut omnia perspiciamus, sumus oculis Lincei ; ut laboremus, manibus Centimapi ; ut curramus, sumus pedibus Mercurii. Ubi agitur de æternitate fœlicitatis, sumus toto & corpore & ani-  
mo paralyticæ, tepemus, languemus, jacemus, deli-  
demus.

II. Quæ negligi sine periculo poterant, certatim quærimus : quod apprimè curandum erat, contem-  
ptim negligimus. Ut sit fertilis ager, ut domus com-  
posita, ut officiosus servus, ut iolicitus procurator,  
ut splendida vestis, ut nitidus equus, ut pulchra uxor,  
ut compta ancilla, ut cultum corpus, nemo non strenue laborat : ut sit cultus animus, cur non tantum  
est postrema, sed nulla. *O cives, cives, quærenda pecu-  
nia primam, virtus post nummos :* sic est hodie, sic erat  
Flacci sæculo : sic erit temporibus nepotum, & pro-  
nepotum. Sed (ut res erunt, indies pejora conjicio,  
quamvis jam pejora vix possum nedum timere, sed  
fingere) certè sic vivitur : eoque criminum, ac furo-  
rum ventum est, ut procedi ulterius sine publico  
præcipitio non possit. Nunc, nunc impletum est,  
quod Satyricus ante tempus dixerat. *Omne in præci-  
pito*

(a) *Psal. 4.3.*

ilis.  
it ad  
sunt  
cui-  
cui-  
s, &  
itio-  
len-  
ra a-  
Ubi  
is o-  
; ut  
r de  
ani-  
des-  
tim  
em-  
om-  
tor,  
kor,  
tre-  
um  
ecu-  
erat  
ro-  
cio,  
sed  
ro-  
ico  
est,  
eci-  
tio

Aprilis.

Tessera.

269

*pistio viuuū stetit.* Enim tamen pro viribus, ut semper aliquid accedit vesaniæ, & malitiæ: nec unquam à Majoribus traditæ licentiæ finibus contenti erimus. Nunquam committemus, ut mentitus videatur Horatius, ubi ait: *Ætas parentum peior avis tulit nos nequiores, mox daturos prægentem vitiosiorēm.*

III. Certe si duodecimam partem curæ quam impendimus, ut pistor nobis bonum panem faciat, impendissemus pro nobis, ipsi jam pridem boni essemus, ut de annulis, de calceis, de calamistris sileam. Sic est proculdubio, sic erit: semper curabuntur supervacanea, semper negligentur necessaria. Nos reformidamus pati pro veritate in salutem, quæ alii affectarunt pro veritate in perditionem. Nauseamus ad antidotum, & inhiamus ad toxicum. Percurre amplissimarum civitatum vicos, considera artes humanâ industriâ excogitatas, animadverte ingenia, solertia, perspicaciam, & quære, quid sibi velint earum artium auctores: & vero verius reperies omnem oleum in nocturnis lucubrationibus, omnem operam in diurnis laboribus, omnem industriam in studiis, omnes nervos ingenii in excogitandis artibus expendi, ut ea in hac vita mortali conquirantur, quæ sunt mortalia, fluxa, caduca, peritura: pro æternis, cœlestibus, Divinis, non tantum nullus est labor, sed nec desiderium laboris. Nunquam feriantur nostra studia, ut comparentur etiam nobis noxia. Audiatur hic vox S. Gregorii: (a) *Filiij hujus saeculi, pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt: pro spe perpetua, nec parum quidem laborare subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet injurias tolerant:*

(a) l. 19. Man. c. 16.

*Cura facit canos, quamvis homo non haber annos.*

## IO. DIES APRILIS.

Primum scientiæ vestibulum, scire quod  
nescias. *S. Fulgent. Mytholog. I.*

Ignoran- I. Nter vitia, quæ oppugnant Prudentiā,  
tia. claudit agmen; ex quo, velut ex equo  
Trojano, egreditur malorum agmen,  
Ignorantia, Quidni in eam, ut in quod-  
dam inauspicatum portentum Satyricè invehai cum  
Satyrico Misoponero. (a) Apage à me omnes, quos  
saxificum illud monstrum, Ignorantiam dico, stupe-  
facit, quibus oculi sunt instar tarpæ, velo obducti, aures  
surdi, garrulitate obtusæ, nares lutulentæ animalis obesa.  
Scarabæi gustatus assiduo simo vitiatus, & stupidus tor-  
pido frigore tactus ostreorum. Quàm multi hoc exi-  
tiali Ignorantiæ morbo laborant! si quid illa sit,  
quæras, intelligere, non erit labor. Auctore Platone:  
(b) Inscitia est, quando quis falsa opinione decipitur, cir-  
cæ res plurimi faciendas. Quis, quantumcunque sit  
ingenii subtilis, ab hoc malo est eximius? si aves au-  
gustum subire scientiæ sacrarium, hæc tibi sit prima  
lectio, in ejus vestibulo scire, te nihil scire. Ignoran-  
tia tām est vulgaris, ut non tantūm occiperet vulgus,  
& plebeia capita, sed mundi Oracula, & ingenio-

(a) *In Satyr.* c. 5. (b) *Protagon.* p. 248.